

*Descendit publicanus iustificatus
in domum suam a pharisæo.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam

18, 9-14

In illo témpore:

- ⁹ **D**ixit Iesus ad quosdam,
qui in se confidébant tamquam iusti
et aspernabántur céteros,
parábolam istam:
- ¹⁰ «Duo hómínes ascendérunt in templum, ut orárent:
unus pharisæus et alter publicánus.
- ¹¹ Pharisæus stans hæc apud se orábat:
“Deus, grátias ago tibi
quia non sum sicut céteri hómínum,
raptóres, iniústi, adúlteri,
velut étiam hic publicánus;
- ¹² ieiúno bis in sábbato,
décimas do ómnium, quæ possídeo”.
- ¹³ Et publicánus a longe stans
nolébat nec óculos ad cælum leváre,
sed percutiébat pectus suum dicens:
“Deus, propítius esto mihi peccatóri”.
- ¹⁴ Dico vobis:
Descéndit hic iustificátus in domum suam ab illo.
Quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur;
et, qui se humiliat, exaltábitur».

Verbum Dómini.